

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Contemplacio ad  
cum fonte primo

Ille contemplatius facultatibus suis  
in usus pauperum distributis  
simul expoliauit mundo  
et totis viribus adheret celo.  
Res mundi mundo proiecit  
et se ipsum Christo deuota mente restituit.

Prosper ibidem (libro I. de uita contemplatiua).

Iste suscipiendo peregrinum, vestiendo nudum,  
gubernando subjectum, redimendo captivum,  
tuendo violenter oppressum,  
jugiter se ab omnibus iniquitatibus suis emaculat,  
et vitam suam bonorum operum fructibus ditat;  
ille facultatibus suis  
in usus pauperum distributis,  
simul se exspoliavit mundo,  
et admovit se totis viribus coelo;  
res mundi mundo projecit,  
et se ipsum devota mente Christo restituit,  
a quo immortales divitias sibi dari orat, ut pauper;  
protegi se quotidie postulat, ut infirmus;  
immortalitatis indumento vestiri cupid, ut nudus;  
defendi se ab impugnatione invisibilium hostium  
supplicat, ut fragilitate carnis oppressus,  
et coelestem sibi donari patriam desiderat,  
ut peregrinus.

Iulianus Pomerius, *De uita contemplatiua*, 1.12.1  
(PL 59, col.428B-C).